



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quomodo Pilatus propria manu mortem sibi consciuerit. Cap. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII HISTORIAE

Corbonas) in aquæ ductum, qui erat ad triginta stadia
 deriuatus, impendit: quæ res imperitæ multitudini bi-
 lem non mediocrem commouebat. Pilatum igitur, ubi
 Hierosolymam aduentauit, omnes pro tribunali seden-
 tem circumstantes, clamore & vociferatione adorti
 sunt. Ille autem (præuiderat enim animo eorum seditio-
 nem) armatos milites vestibus plebeis & quotidianis o-
 pertos (simul atque gladijs eos uti prohibuisset, præce-
 pissetque, ut qui contra ipsum vociferarentur, fustibus
 grauiter cederent) multitudini permiscuit: quibus tan-
 dem è tribunali signum dat. Iudæi igitur cæduntur ver-
 beribus: ex quibus multi plagis, non pauci autem, dum
 fugam capiebant, ab se mutuo conculcati & obtriti pe-
 rierunt: vnde reliqua eorum multitudo præ calamitate
 interfectorum ob stupefacta, deinceps penitus conticuit.
 In ipsa præterea Hierosolymorum ciuitate infinitos ali-
 os tumultus editos, & nouarum rerum molitiones su-
 ceptas fuisse docet idem author: ostenditque ab illo
 tempore intestinas seditiones, bella & malorum machi-
 nationes aliam ex alia ortam, non ciuitatem solum, sed
 vniuersam etiã Iudæam opprimere eousque non desi-
 isse, quoad extrema illa & ærumnosa obsidione regnante
 Vespasiano misere afflicta & affecta fuisset. Iudæos igi-
 tur ob sua scelera, quæ tam perditè fuissent contra
 Christum moliti, hoc modo diuina ultio infectata est.

*Quomodo Pilatus propria manu mortem sibi
 consciuerit. CAP. VII.*

NEque illud à nobis ignorari debet, cum ipsum Pila-
 tum, qui seruatoris neci interfuit, imperante iam
 Caio (cuius tempora modo persequimur) in tan-
 tas & tam graues, ut fertur, calamitates iucurrisse, ut ne-
 cessitate adductus, sibi propria manu mortem conscisce-
 ret, suorumque ipse scelerum vindex existeret: idque di-
 uina, ut simile veri est, ultione, illum, non longa interpo-
 sita mora ad oriente. Græci etiam, qui Olympiades simul
 cum rebus cuiusque temporis gestis describunt: idem
 ipsum scriptis prodiderunt.

De